

Propst, Dekan und Domkapitel von Brixen an NvK. Sie bitten um Annahme des Angebots zu neuen Verhandlungen mit den herzoglichen Räten. NvK solle zudem vorerst von einer Verbhängung des Interdikts aufgrund der päpstlichen Bulle absehen, da Hz; Sigismund noch keine Gelegenheit gewährt worden sei, zu den Vorwürfen Stellung zu nehmen, und das Interdikt unter diesen Umständen wohl von den Laien mit Unverständnis und Wut aufgenommen würde.

Kopie (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 98^{rv} (zur Hs. s.o. Nr. 5265 Anm. 1). Über dem Text: Item die xx januarii anno lviii (korr. statt lx^o) capitulum misit domino cardinali in Puchenstain litteram tenoris sequentis.

Regest: Jäger, Regesten I 312 Nr. 156.

Erw.: Jäger, Streit I 262; Vansteenberghe, Cardinal 185; Posch, Kampf um Kirchenreform, CGS 237; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 368.

Reverendissime pater domine graciose, obedienciam, reverenciam debitam et devotam. Credimus paternitatem vestram reverendissimam bene informatam esse de gestis in dieta¹⁾ per scripta eorum, quos in eadem dieta v. r. p. habuit. Feceruntque de eisdem apud nos relacionem hii, quos misimus et huic rei interfuerunt.²⁾ Et quantum possumus connicere ex eorum relacione et ex multis coniecturis, nobis videtur bonum, ut v. r. p. aliam dietam acceptet.³⁾ Nec nobis videtur accelerandum, sed in tempore diete proxime super negocio interdicti mature deliberandum, maxime quia d. dux in iusticia respondere, ut sui dixerunt, est paratus.⁴⁾ Et pro parte v. r. p. vie iusticie pariter sunt oblate; nosque speramus, quod in proxima dieta negocia aliter conficientur, si acceptata fuerit. Nam redimenda sunt tempora, quia dies mali sunt ac condolendum est clericis pauperibus et subditis ac nobis omnibus totique ecclesie vestre, quia verisimiliter, si interdictum ponetur, antequam d. dux sit auditus et defensus, nisi male recipietur a laicis, 10 ex quo dominus dux ea, que in bulla interdicti⁵⁾ sunt posita, diffidetur. Et timendum est, quod contra clericos furient et ecclesias et personas irrecuperabiliter dampnificabunt. Quare rogamus, ut gracia v. r. p. inclinare se velit ad aliam dietam acceptandam et supersedere, ut premititur, nobis ad complacenciam et gratiam singularem. Altissimus etc. Datum Brixine xx januarii anno etc. lviii.

Jacobus prepositus, N. decanus et capitulum Brixinense 15

1) *Der Brunecker Tag vom 13. Januar 1458; s.o. Nr. 5438f.*

2) *Die Vertreter des Domkapitels sind in Nr. 5439 Z. 5f. genannt.*

3) *Zum Vorschlag eines neuen Tages s.u. Nr. 5450.*

4) *Vgl. die Appellation Hz; Sigismunds gegen das Interdikt, in der das rechtliche Gehör ebenfalls als zentrales Argument fungiert; s.o. Nr. 5419 Z. 8-10.*

5) *S.o. Nr. 5397.*